Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31476
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

224.

Dixit autem maria. Ecce ancilla domini fiat mihi secundum verbum tuum. Credo. Offertorium. Ave maria gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. Secreta. Immaculatis muneribus quibus divine veneramur fidei sacramenta confirma: ut qui conceptum de virgine deum verum et hominem confitemur: per eius salutifere resurrectionis potentiam: ad eternam meremur pervenire letitiam. Per. Prefatio. Et te in annunciatione. Communio. Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius emanuel. Postcommunio. Gratiam tuam quesumus domine mentibus nostris infunde: ut qui angelo annunciante christi filii tui incarnationem cognovimus: per passionem eius et crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per. Ambrosii epi. Statuit testamentum pacis et principem fecit eum ut sit illi sacerdotium dignitatis in eternum. Ps. Misericordias domini in eternum cantabo. Gloria. Oratio. Deus qui populo tuo eternum salutis beatum ambrosii